

No 93.

Illustrissime atq; Excellentissime
Domine Cancellarie Regni.

Domine ac Fautor in aeternum devenerande.

Maximè Latatur totus ordo Equestris Ducatus Curlan-
dia et Semgallia aeternarq; agit gratias, quod Commissio
à Sacra Regia Majestate in Curlandiam impetrata,
destinata ac emanata, promotore Illustrissima Excellen-
tia vestra feliciter expedita atq; jam ad nos perlata sit.
Gratulatur Sibi ordo Equestris de felicissimo exitu

Commissionis, dummodo illa non per adversa molimina
iterum protrahatur, atque in irritum revolvatur. Qua propterea
ab Ill^{ma} Excell^{ta} v^{ra} humillimis precibus contendimus
velit pro innato Candore erga communem libertatem Re-
gni Poloniae eiusque annexarum Provinciarum praecavere,
ne afflictissimo atque fere ad incertum redacto Ducatu
Catholoniae, per ejusmodi protractionem Commissionis Regiae
irreparabile aliquod damnum procreetur, atque juribus,
privilegiis et immunitatibus eorundem vis inferatur. Me-
tuendum enim est nobis, si saepius memorata Commissio
Regia moram pateretur, Nos de bonis atque fortunis nostris
in aeternum periclitaturos esse. Nos vicissim totis viribus

allaborabimus, ut gratam erga Illustriss. Excell: vram,
mentem in effectu exhibere, atq; realiter demonstrare
possimus, Nos patrocinio atq; favore Illustriss. Excell:
vrae haud indignos nos reddituros, atq; summa cum ve-
neratione emorituros

Illustrissima Excellentia Vestra

humillimi et devotissimi
servitores

nomine totius ordinis equestris

Ernestus Henricus Schröders
pro tempore nuntiorum terrestrium
Marchallus.

Datum Mitaviae die 22
Octobris a^o 1715

464

Libri neoplatonici

Nobilitas Athenensis

